









1725.

1. Altrius, Christianus Gregorius: De testamento posteriore imperfecto prius perfectum infirmante.
2. <sup>ab</sup>Sebaerius, Georgius Christianus: Successionem inter ingenuos jure sanguinis et intestato civilium . . . . publico examini visib.
3. Hayne, Thomas: De causa rebendi.
4. Ludloff, Hieronymus: De usu et abusu medicamentorum expectantium.
5. Müller, Johann Gualter: De retracta et vicinitate.
6. Pre, Joh. Fredericus, de: De balsamo Evangelico Samaritani.
7. Pre, Joh. Fredericus, de: De officio lactantium.
8. Schneiderus, Johannes Christophorus: De venditione inverte praesertim subitorem in Lusat. Supp.

9. Struik, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus:  
 l. b. s. (ad disputationem in auz. Godfridi Wilhelmi  
 Frumpelti invitat).
10. Struik, Dr. Philippus, Facult. juridicae Decanus l. b. s.  
 (ad disputationem in auz. Jacobi Spiraevini Frumpelti  
 invitat).
11. Struik, Dr. Philippus, l. x. Decanus . . . . . Titulum  
 ordinis: (ad lectionem . . . cursoriam Ernesti  
 Frummanelis Tenzelii . . . invitat)
12. Struik, Dr. Philippus: De licito iudicio favore
13. Struik, Dr. Philippus: De eo, quod iustum est circa  
 restitutionem fructuum, quoad eum, qui vincit  
 in possessione, sed postea succubuit in petitione

14. Spreng, Jo. Philippus: Dissertationes inang. juridicae,  
 veterum pontificum miscellaneas ex jure cambiali,  
 potissimum Saxonico.
15. Tenzell, Ernestus: De renunciationibus jurium  
 inuicis et invalidis.
16. Tenzell, Ernestus, Facult. juris D'ene . . . Decanus:  
 Programmata inauguralia praemissa lectioni cursoriae  
 . . . et dissertationis inaugurali: . . . a Petro  
 Christiano Assam . . . habendis
17. Tenzell, Ernestus: De inspectione cadaverum judiciali.
18. Tenzell, Ernestus: De eo, quod iustum est circa opera  
 solida, tam jure communi, quam statutariis Filla-  
 viensi
19. Tenzell, Ernestus, Facult. juris D'ene Decanus: Programmata  
 inauguralia, quo . . . invitatus ad frequentandum

lectionem cursoriam . . . haecque finita oratoriam  
Sionem in auz; Samuelis Trübneri Grosseri

20. Tengelius, Inventor, Facult. juridicae Decanus: Pro  
gramma inaugurali, quo . . . invitatur ad audien-  
dam lectionem cursoriam . . . haecque finita  
dissertationem in auz. . . . a Thoma Haynle  
. . . . habendam.

21. Tengelius, Inventor: De eo, quod iustum est circa jus  
hereditarium Litterariense

22. Tengelius, Inventor, Facult. juridicae . . . Decanus:  
Programma inaugurali . . . , quo . . . invitatur  
ad audiendam lectionem cursoriam . . . et disser-  
tationem in auz. a . . . Dominico Ernesto Gotth-  
Heusinger . . . habendam.



23. Tempel, Ernestus; Facult. juridicae Decanus: et lectionem  
solemnem . . . hacque finita dissertationem inauguralem  
a . . . Car. Otto Joanne Gottlieb Mullero . . . habendas  
invitat.

24. Tempel, Ernestus . . . Collegii Lectorem . . . Decanus:  
et lectionem solemnem . . . et Dissertationem inaug.  
a Domino Jo. Christophoro Ottone . . . habendas  
. . . invitatur.

25. Tempel, Ernestus; Decanus Facult. juridicae . . . praeside  
et actus solennes lectionem nempe cursoriam . . .  
et dissertationem inaug. . . invitatione a . . . Domino  
J. Christophoro Schneiders . . . habendas . . .  
dixerit.

26. Tempel, Ernestus; <sup>De peregrinis</sup> ~~Decanus~~ Facult. juridicae . . . praeside  
~~et actus solennes lectionem nempe cursoriam . . . et~~

~~disertationem inaug. in imitatione a. . . De  
sein. In Christophoro Schmeider habenda . . .  
disert.~~

27.24. Jenzell, Ernestus, Decanus Facult. juridicæ . . .

. . . indicat : esse habendamlectionem cursoriam

. . . et hac finita disertationem inaug. a. . . Iovius

98<sup>a</sup> Joanne Georgio Vogelio . . .

28.6. Trester, Joannes Philippus : De conversationis eleva-  
tione

De

.

—

.

us

..





DISSERTATIO JURIS CUJUSDAM CONSUETI- ff.  
DINARII IN SAXONIA, ~~no~~ 279. 6

9600

DE

# RETRACTV

EX

1723, 5

## VICINITATE,

QVIDQVE

CIRCA HUNC

### LAVBÆ FVERIT ACTVM,

QVAM

INDVLTV MAGNIFICI JCTORVM  
ORDINIS

### PRO LICENTIA

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI-  
LEGIA CAPESSENDI,

DIE. IX. JUNII M DCC XXIII.

H. L. C.

PUBLICÆ DISQVISIONI EXPONIT

Johann Gottlieb Müller/  
*Lauba - Lufatus.*

---

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.



DISSERTATIO JURIS CIVILIS CONSULTA  
DINARII SAKONIA

DE  
RETARCTV

VICINITATE

QUAE  
CIRCA HUNC  
LAVABE FUERIT ACTVM

INDVLTVM MGNIFICI PCTORVM  
OR DVNS

PRO LICENTIA

CUM IN LITTORE SURE HONORAT PAVLA  
LICIT CARISSIMI  
DIE IX. MENS M. DEC. XXIII.

H. L. C.  
PUBLICE DISQUISITIONI EXPOSIT

Johann \* Götliche \* Universität  
Leipzig

EXORDIUM. VON GROCHMANN. 1708



VIRIS

PRÆNOBILISSIMIS, CONSULTISSIMIS,  
AMPLISSIMIS DOCTISSIMIS, PRU-  
DENTISSIMISQVE

INCLYTÆ

REIPUBLICÆ LAUBANENSIS,  
DNN. CONSVLIBUS,  
DN. SYNDICO,  
DN. PRAETORI,  
DNN. SCABINIS

UT ET

UNIVERSIS AC SINGULIS  
DNN. SENATORIBUS,

VIRIS  
OPTIMIS AC MERITISSIMIS  
PATRIAE  
PATRIBUS CONSCRIPTIS,  
PERSPICUITATE VIRTUTUM,  
PIETATE, IUSTITIÆ  
ATQUE ÆQUITATIS ADMINISTRATIONE,  
CLARIS;  
DOMINIS MAECENATIBUS  
ATQUE  
PATRONIS  
OMNI RELIGIOSA VENERATIONE  
AC  
OBSEQUII CULTU  
PROSEQUENDIS;



HANCCE DISSERTATIONEM,  
DE  
RETRACTU EX VICINITATE,  
QVIVQVE  
CIRCA HUNC  
LAUBÆ FUERIT ACTUM,  
UT ÆQUISSIMIS  
LEGUM ET CONSVETUDINUM PATRIARUM  
ARBITRIS,  
MORE  
DEVOTISSIMI ADDICTISSIMI QVE ANIMI,  
ORE  
VOTIVO ET APPRECIATIONE OMNIGENÆ PROSPERITATIS,  
DIVITVRNÆ SALVTIS,  
ET  
VITÆ LONGÆVÆ,  
DICERE,  
DEDICARE,  
ET  
CONSECRARE,

*SIMULQUE*  
IN CERTISSIMUM OBSERVANTIÆ TESTIMONIUM, UL-  
TERIORISQUE FAVORIS PROMERENDI CAU-  
SAM, SUIQUE COMMENDATIONEM

HUMILLIME


OFFERRE VOLUIT,

DEBIT,

HUJUS

EXERCITATIONIS SOLENNIS

AUTOR.



D. A.

§. I.



Retracturus de Jure Retractus ob viciniam competente, merito de Retractus materiâ, cum latè pateat, & diffusa sit, in genere quid præmittendum erit. Retractus autem vocem ut ex incunabulis suis accersamus pluribus, operæ pretium haud erit; cum cuivis obvium sit, Retractum à retrahendo, hoc est,

Retractus denominario.

rem maximè per venditionem ab aliquo in alium translata & alienatam revocando l. 2. C. si sine decret. presid. l. 1. C. de natur. lib. dictum esse; ut enim contractus à Contrahendo sic Retractus à retrahendo nomen accepit. Richt. decis. 76. n. 1. Aliis nominibus vocatur jus oblationis præhonorarii &c. de quibus & eorum rationibus evolvi potest Reinkingk in Tr. de retract. consang. qv. 1. n. 7. Tiraqu. in præf. d. retract. consang. n. 2. & 3. Nimirum omnes hæ appellationes inde descendunt, quod illi, quibus hoc jus competit, aliis Emptoribus extraneis præferantur. Aliis adhuc indigitatur nominibus, sed remittimus B. L. ad citat. Tiraquell. & ad Harprecht, §. fin. instit. d. E. V. n. 156. Varias interim in

A

ver-

vernacula nostra sortitur appellationes & in generaliore significatione dicitur Einstand, Naber-Kauff, Naber-Recht, Abtrieb, vid. Wehn, obs. pract. voc. Losung. In Constitut. El. Saxon. Divi Augusti vocatur der Vorkauff, Naber-Geltung, const. 32. p. 2. ibique Cz. def. 2. seq. Zobel. 2. differ. 37. n. 10. & trita etiam est illa nuncupatio Vorstand, Einstand, Nachbar-Recht.

§. II.

Hujus Definitio & Divisio.

Propositi verò quo habeatur ratio Definitio juris Retractus, in sensu generaliore accepti proponenda erit. Est vero Retractus nihil aliud, quam jus, certis quibusdam personis in venditione bonorum competens, vi cuius aliis emptoribus præferuntur, si ejusmodi refuso pretio intra certum tempus legitime ad se trahere cupiunt. Huic descriptioni subjungimus perquam notam divisionem, quod Retractus alius sit conventionalis, alius legalis, quas duas species Struv. in synt. jur. Civ. exerc. 23. §. 41. p. m. 839. Hahn ad Wesenbec. sub voc. Retract. tit. 5. d. rescind. vend. & quando lic. ab emt. reced. imo omnes DD. unanimi fere consensu approbarunt.

§. III.

Est autem vel Conventionalis, quò involvitur.

Pactum de retrovendendo.

Jus protimifitos conventionaliale.

Conventionalis Retractus appellatur, qui ex contrahentium pacto sive conventionis oritur, nec inconvenienter ideo contractus, (sive ut magis congruenter ad mentem Jctor. loquar) pactum emtionis venditioni adjectum, dici poterit. Hac retractus specie inducitur pactum de retrovendendo, quo id agitur, ut emtor, rem emtam venditori, pretium restituenti, vel quandocumque illi placuerit, vel intra certum tempus, vel ex certo tempore, iterum vendat & restituat. l. 2. C. d. pact. int. Emt. & Vendit. Simile fere est jus prelacionis conventionaliale in eo consistens, ut venditor idem pretium, quod alius obrulit, solvens, aliis Emptoribus in re iterum vendenda, vi pacti adjecti, præfertur. l. 75. ff. d. contr. emt. Struv. in Jurpr. l. 3. tit. 11. §. 20. De hoc Retractu conventionali imprimis notandum, exinde actionem simpliciter personalem nasci, quæ non rem tertio venditam & traditam, sed personam primi emptoris sequitur, quo cum venditor contraxit, ut id, quod

quod interest, præstet vid. *Perez ad tit. C. de pact. inter emt. & vend. n. 15. p. m. 442.*

§. IV.

Hicce Retractus conventionalis primario jus protimiseos nuncupatur, vid. *Siruv. Ex. 23. th. 40.* cumque nonnulli denominationem hanc promiscuè adhibere amant, iis, ut mihi quidem videtur, albus calculus non erit addendus, quippe quod jus protimiseos detur, si jam in terminis est emtio, & quis ex præferentia speciali pacto venditori reservatâ, prælationem ( seu quod præ aliis ipsi res vendenda ) exercere potest; Retractus autem consistit in jure repetendi rem jam venditam, à tertio etiam possessore, ita ut contractus jam celebratus & perfectus intuitu personarum contrahentium rescindatur. vid. *Hornii Jurprud. feud. c. 20. §. 2. p. m. 400. Siryck in Diss. de success. ab intest. Diss. 6. c. 1. §. 3. Bahmeri Diss. de fundamento retr. duplic. in agris Hamb. usit. c. 1. §. 2. Beyeri delinæat. jur. germ. l. 11. c. 21. §. 3. p. 127.* Quorum sententiæ etiam accedit *Rosenthal d. Feud. c. IX. membr. 2. concl. 86. p. 650.* dum scribit: duo sunt remedia separata, & jus retractus emtione jam perfecta adhuc competit, imo primum competere incipit.

Hic Retractus convent. proprie jus protimiseos dicitur.

§. V.

Sed Retractus etiam qui ex lege sive consuetudine descendit, paucis considerandus est. Vi hujus secundum jus commune Filiis & agnatis in feudo, legitimo modo alienato, translatoque titulo oneroso, competit retractus *2. F. 3. §. sed etiam 2. F. 26. §. Titius filius 2. F. 9. §. 1. vide Hartm Pistor. 2. l. p. 1. qv. XI. n. XI. sq. qv. 12. n. 3.* Sic præ aliis in bonis Emphyteuticis jus retractus speciali sanctione imperiali Domino Emphyteutico concessum fuit & *sec. l. fin. C. §. sed ne hac occas. C. de j. Emphyt. emphyteuta domino denunciare debet, se jus suum, quod habet in prædio, esse venditurum. Rauchb. P. I. qv. 43. n. 22. & P. II. qv. 22. n. 8. Job. Kopp. decis. 52. n. 4.* sic fiscus *l. 1. C. d. Metallar. & metall. & procur. metall.* Convicani *L. unic. C. non licere habitari. metroc. & creditores præferuntur extraneis non creditoribus, tanquam habentes*

Porro est legalis competens. Agnatis in feudo.

Domino Emphyteutico,

Fisco. Convicanis. Creditoribus,

Confangvineis.

bentes in re majus interesse seu commodum *l. cum bona 16. ff. de reb. aut. jud. possidend. Anton. Faber l. V. conject. 15. verb. huic vero explicacioni nostra &c.* Confangvineis etiam indultum est hoc beneficium, ut bona, licet jam vendita & in tertium collata sint recuperare, inque suam familiam revocare possint. vid. *Tiraqu. d. retract. cons. in pres. Gail. L. 11. obs. 19. n. 13.* imo si inter licitantes creditores debitoris adsit agnatus, sive alia persona necessaria praefertur, non cognatis, *L. 60. imperat. Antoninus Avidio ff. d. pactis Brunnem. de cessione bonorum qv. 23. principio.*

§. VI.

Inter species legales Retractus ex vicinitate quoque refertur.

A quo jus Congruui differt.

Hic tantum agimus de Retractu legali quem vicinitas tribuit, vi cujus proximantes res immobiles, venditione alienatos, revocare, & ejusmodi bona, iisdem cum alio non vicino initis conditionibus, eodemque prorsus pretio, redimere ac recuperare possunt. Antequam verò nos ad hujus retractus Tractationem accingamus, operæ pretium duximus, speciem quandam Retractus legalis paucis delibare. Vocatur hæc ipsa Jus Congruui in Thuringiæ partibus per consuetudinem cumprimis receptum, quò possessor partem illam, quæ à toto prædio rustico vel urbano olim abstracta est, ab extraneo emtore eum in finem retrahit, ut pars illa toti suo seu corpori vicissim uniatur, vid. *Fritschii Tract. de J. congr. c. 2. n. 1. Eundem in suppl. Speidel-Besold. sub voc. Thuringische Gewohnheit*, ubi ante omnia cavendum, ne Retractum ex vicinitate descendente & jus Congruui, invicem confundamus, indistincteque his utamur. Duo etenim hæc jura licet propinqua, congruentia & vicina sint, attamen invicem differentiam constituunt. Jus Congruui ex vicinitate quidem ut plurimum obtinet, illamque desiderat, sed nuda vicinitas non ubique tribuit illud jus vid. *Struv. synt. jur. civ. exer. 23. §. 53. p. m. 846. & Fritsch. d. J. congrui c. V. n. 6.* sed præterea requirit, ut pars, quæ venditione avulsã, cum illo prædio, quod retrahens possidet, quondam fuerit unita, & abhinc aliquot annis separatim & liberè per successionem plurium hæredum aut alio modo alienata, sicuti rectè *Sutorius,*

rius, retractum vicinitatis à jure Congruui, qua alias confundit, in *Tr. d. retractu ib. 85. p. 68.* admonuit. Hac etiam de causa appellatur das Gespilde quasi das gespaltene und zers trennte Guth, & quod admodum congruum sit, ut bona diuisa ob incommoda tam possessoribus partium, quam ipsis Dominis Censualibus, ratione seruitiorum, censuum, inde enata, iterum corpori prædii unirentur & consolidentur. Hinc etiam constat, si ea pars, quæ petitur non fuerit prædio unita, jus retractus in Thuringia ob solam vicinitatem non ubique obtinet, vid. *Coibm. vol. IV. conf. 42. num. 3.* E contrario retractus vicinitatis simplex, simpliciter vicinis hoc jus sine respectu unionis præcedentis indulget, quanquam *Eisenbarde d. Retr. territ. §. 6.* omnino concedendum, quod jus congrui longe frequentiore usum quam retractus ex vicinitate habeat.

§. VII.

Si in originem & natales retractus, ex vicinitate competentis, inquiramus, vestigium quoddam videtur existere apud Romanos tale jus obtinuisse olim, & lege aliqua expressa nominatim inductum & concessum fuisse, quod nemo rem extraneæ personæ, id est, non proximo, non consorti alienare potuerit: indicat hoc ipsum *l. 14. C. d. contrab. emt.* dum dudum, inquit, concessum erat, & expressius, *superiore lege cassata &c.* quam dudum autem non ait, ut ideo ex eo satis sciri nequeat, ad quod forsitan tempus hocce jus referendum, quandoquidem vox dudum incertum limitem habet & plures & paucos annos denotare solet. Istud interim jus Constantino M. tribuendum esse *Jacob Godofredus in Comment. ad l. 6. C. Theod. de contrab. emt. arbitratur*, dum inter alia memorat, Imperatorem hunc aliquo, Mosaici juris exemplo inductum, retractum in Romanam & Christianam Rempl. inuexisse. At lata hæc sanctio non diu in usu fuit, viguitque. Nam per *l. allegg. 14. C. d. contrab. emt.* (à cujus æra ad Constantini M. extremos annos usque 54. annorum spatium intercedit) omnis retractus mutatus abolitus & antiquatus est, paucis exceptis casibus. Promulgata autem est hæc constitutio

Retract. ex vicinitate Roman. non plane incognitus fuit.

Quanquam per l. 14. dudum C. sublatum.

tutio perquam nota & famosa *Imp. Valentiniano* (sc. *Ildo.*) *Theodosio* (seniore) & *Arcadio*, circa annum post virginis partum 388. 389. 392. partitum inter se imperium tenentibus, & quanquam frontispicium hujus trium Imperatorum nomina præ se fert, nullum tamen est dubium, quin uni solummodo ex his, tanquam vero Autori adscribenda sit. Annotavit enim Vir infinitæ eruditionis *Jacob. Godofr. in discursu Historico ad legem quisquis C. ad legem Juliam Majestatis c. 3.* moris olim fuisse pluribus eodem tempore diviso Imperio imperantibus, ut, licet ab uno tantum Imperatore reverà lex scripta esset, ex æquo tamen omnium nomina præ se ferret. Interim nobis certo non constat, cui ex his Imperatoribus hæc lex potius tanquam Autori tribuenda. Communiter & quantum conjectare licet sub *Theodosio M.* Christianissimi alioquin ac humanissimi Principis nomine laudatur vid. *Suirnii Nomothesian. tit. X. §. 2.* & inter Causas, Imperatores moventes, legem hanc dicendi, forsitan non fuit ultima, Romanorum libertas, dum secundum *Ciceronem in Orat. pro Luc. Corn. Balb.* ea firmis libertatis Romanæ fundamenta fuerunt, si sui quisque juris retinendi & dimittendi dominus sit.

## §. VIII.

Dicta lex ad  
vicinos spe-  
ctat.

Interim retractum ob vicinitatem hac lege fuisse sublatum, nullus forsitan in dubium vocabit, & omnino quisquis, in *Francisci Hottomanni* sententiam discedere, animo hærebit, qui in *Comment. d. verb. Feudor. verbo retrahitur*, absurdum esse, statuit, legem hanc ad retractum terre velle. Patefcit hoc ex verbis initialibus hujus Legis, dum Imperator dicit, *dudum Consortibus & proximis concessum erat*; vicini autem proximi, proximantes sæpius appellantur, & Imperator cum hoc dicendi modo usus est, à propria significatione verbi non deflectit, hicque non aliter ipse quam autores *Clasfici* locutus deprehenditur: Notissimum est illud *Horatii lib. I. Ep. 18.*

*Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.*

& eundem significatum in *l. 23. §. fin. ff. de Servitut. præd. rust.* observamus, Sicque salva res est, hac *Valentiniani ac Theodosii*



dofii M. fânctione Confortibus & proximis jus retractus, an-  
tea concessum, ademtum fuisse.

§. IX.

Post Theodosium, Constantinus Porphyrogeneta, & Roma-  
nus primus Lacapenus, qui regno Orientali præfuerunt, jus *πε-  
ρὶ τῶν ἀγῶν* rursus in usum revocavit, ac Constitutione quadam,  
quæ apud *Harmoniopolim in Epit. Librorum jur. civ. 3. c. ἀπὸ τῶν ἀγῶ-  
νέων* ac in editione consuetudinum feudalium Cujaciana lib. V. tit.  
13. exstat, præscripsit, ut jure *περὶ τῶν ἀγῶν* vocentur ad Emptionem,  
primum Agnati confortes, veluti fratres, qui paterna prædia  
indivisa possident; deinde focii, quos ad societatem conjun-  
xit voluntas; tertio extranei, quos ad societatem conjunxit  
fortuna; quarto illi, qui eidem domino canonem pensant;  
postremo confines s. vicini: atque ita Romani primus Impe-  
rator quinque facit gradus, & inter hos successionem consti-  
tuit, ut, primis pretium non offerentibus intra dies XXX.  
vel procuratoribus eorum intra menses IV. sequentes vocen-  
tur. Hæc autem sanctio, quoniam græcis fuit data in no-  
stro imperio occidentali per se vigorem legis non obtinuit,  
nisi Fridericus primus cognomine Barbarossa (cujus acta &  
rescripta invenire licet ap. Goldastum T. 1. p. 263. usque 286.)  
prædictam ordinationem Romani singulari constitutione:  
*Sancimus, quinto Feudorum 13. relata, tandem approbasset.*

Post Theodo-  
sium Retract.  
Vicinitatis de-  
nuo introdu-  
ctus est per  
Constitutio-  
nem Romani  
I.

Et Friderici  
Barbarossæ.

§. X.

Circa hanc Friderici Constitutionem, quâ in ad unguem  
ferè vestigiis sanctiois Lacapeni institit Imperator, principa-  
liter in controversiam venit, num ea inter sanctioes pragma-  
ticas & leges universales sancti Romani imperii referenda &  
collocanda sit, ita, ut, in decidendis causis, tanquam jus au-  
theticum alleganda & observanda. Et pro negativa  
omnino militandum erit, quod hæc sanctio vi coactiva non  
gaudeat. Germaniæ enim regno non fuit data, sed Longo-  
bardico, nec inde autoritatis quid acquirere potuit, quod in  
corpus juris relata, juriq; Feudali annexa fuerit; nunquam  
enim communi procerum imperii consensu recepta & confir-  
mata est. Unde fatentur JCI germanici longè clarissimi &  
meri,

Cujus obser-  
vantia in Ger-  
mania utpluri-  
mum exulat.

meritissimi & inter hos *Samuel Stryck. in Diff. 6. §. 16. d. success. ab intest.* hanc naturam juris communis non induere, neque eandem habere autoritatem, quam lex Justiniana; in cujus partes etiam eunt, *Mevius in J. Lubec. P. III. tit. 7. in addit. ad num. 14. p. m. 665. Rauchb. P. I. qu. 43. num. 24. p. 333. Beust, in lege admonendi in §22. vers. p. m. 593. aliique.* Si itaque quis usum hujus constitutionis alleget, ei probatio incumbit, quod usum recepta sit, nam quoniam hæc assertio, est quid facti, pro ea non præsumitur, *vid. Menoch. 2. pres. 2. n. 2.* Et sic etiam responderunt Nobilissimi Scabini Jenenses M. August. 1621. *Johanni Schneidern, Consuli zu Aenstedt: obgleich das jus protimiseos retractus und Näher Geltung, so vor des Kayfers Theodosii Zeiten auch denen Vicinis zustunden / hernacher aber von istgedachtem Kayser Theodosio aufgehoben gewesen, durch Derò folgenden Kayser Lacapeni und Friderici Satzungen wiederum bestätigt, und auf das neue angeordnet: Dennoch aber, weil ihrberührter Kayser Lacapeni und Friderici Constitutiones bewährter und vornehmer Rechts-Lehrer Meinung nach niemahls unter die beschriebene und üblichen Rechte gesetzt und geschrieben worden; sonsten aber das jus protimiseos von denen löblichsten Kaysern Valentiano, Theodosio und Arcadio in lege dudum C. d. C. E. insgemein (wenig special. Fälle ausgezogen) abgeschaffet. Als könnet ihr euch nicht, krafft angezogener Constitution Friderici I. de Jure protimiseos des Beweises, daß nemlich vermöge beständig hergebrachter Gewohnheit den Nachbarn wegen habenden Nachbar-Rechts der Näher-Kauff zugestehet und gebühre, entbrechen. *vid. Richt. consil. & respons. Vol. II. cons. 157. n. 2. p. 671.**

§. XI.

Retractus ergo vicinitatis nonnisi ex consuetudine valet.

Ex his omnibus apparet, fundamentum nostri retractus nec ex illo extraneo & in Germania admissio jure Justiniano, nec ex Romani primi, Lacapeni Novellâ, nec ex Friderici Constitutione peti posse; hinc unicè initium hujus ex peculiaribus & singularibus Consuetudinibus Germanicis & Statutis ducendum erit, quoniam secundum *Sutorium in Tr. de retr. ib. §4. p. 67,* in peculiaribus territoriorum rationibus fundatur,

datur, nec aliter ejus ratio secundum *Mynf. 1. observ. 51.* habetur, quam probato statuto aut consuetudine. Terras quoque si respicimus Saxonicas, in iis ratione hujus juris præsertim statuta & Consuetudines locorum inspiciendæ, indagandæ, evolvendæ sunt; eò enim tendit & respicit Serenissimi nostri LLatoris Saxonici constitutio, qua expressè sancitum fuit, jura retractus in ditionibus subjectis haud secus vigere debere, quam si statutis vel consuetudinibus essent introducta, & approbata, verba hoc indicant initialia *const. 32. P. 2.* Wo aus Statuten oder verwehriert Gewohnheit herbracht, daß Freuden oder jemand anders der Verkauf zustehet etc. hinc extra omnem dubitationis aleam erit positum, retractum ob vicinitatem catenus approbarum ac receptum esse, quatenus consuetudinibus fuerit introductum.

Vi hujus etiam in Saxoniam obtinet.

§. XII.

Dum autem hocce jus ex Consuetudine descendit, nec ulla Consuetudo valeat, nisi sit rationabilis *c. ad nostram 3. extra de consuet.* paucis indagandum erit, quid proprie consuetudines reddat rationabiles, cum tantæ sint efficacæ, ut de prohibito permistum, & è converso de permisso prohibito tum facere possint, *c. cum olim extra de Cleric. conjugio, Schrad. d. Feud. P. X. sect. 9. n. 233.* ut inde elucescat, & hanc consuetudinem ratione illa, quam leges desiderant, non esse destitutam, multo minus hanc ob causam cærulea miniata notandam. Illa autem consuetudo de jure Civili dicitur rationabilis, quæ bono publico non refragatur, & privatorum utilitatem providet *vid. Reink. de regim. secul. lib. 2. Class. 2. cap. 9. n. 8. 9. Menoch. l. 2. arbitr. judic. quest. casu 82. n. 8.* & consuetudo, quæ habet in se causam motivam, non culpatur, esse sine ratione. Ex hisce est, quod in dubio consuetudo bona & laudabilis præsumatur, quia statuentes vel observantes existimant, illam esse bonam suisque moribus convenientem, *Gail. 1. obs. 36. n. 15. p. m. 72.* dumque civibus placet, utilis censetur, quia concordiam generat, quæ utilissima est civitatibus *vid. Schul. qu. 77. n. 14. p. 2.* Jure Canonico autem nuncupatur illa rationabilis, quæ non nutrit peccatum, vel ad peccandum viam & occasionem aperit *c. ex parte cum suo sumario de consuetud. c.*

Consuetudinis verò requisitum primum est, quod rationabilis sit

B

fin.

*fin. de præscript. nec tendit contra libertatem ecclesiæ e finali*  
 & juri natura- *extra d. consuet. c. Ecclesia S. Maria X. de Constit.* Præter hæc sum-  
 li non contra- mus etiam Pontifex requirit, legum consuetudine introducta-  
 ria. rum æquitatem ac perfectionem ad Jus naturæ tanguam ad  
 amissim exigi debere, & illa jura eo meliora esse, quo propius  
 ad primævi istius juris exemplum & faciem accedunt, dum  
*c. f. X. de consuet.* nemo, inquit, sanæ mentis intelligit, natu-  
 rali juri, cujus transgressio periculum salutis inducit, quacun-  
 que consuetudine, quæ dicenda est verius in hac parte cor-  
 ruptela, derogari.

Secundum J.  
 N. libera est  
 rerum aliena-  
 tio.

§. XIII.

Cum vero hunc retractum ad jus naturæ velut ad lydium  
 quendam lapidem examinare aggredimur, naturalis illa, de  
 rebus propriis disponendi, libera facultas, injustitiæ notam  
 huic inurere videtur, quasi vero cum æternis hisce legibus  
 non exactè responderet, Jure enim naturæ permittitur, ut  
 quilibet, qui domini capax, resque suas alienare potest, ab  
 altero aliquid emtione acquirat, vendatque aliis; nullus tamen  
 vi compelli & adigi potest, ut res suas invito distrahatur,  
 aut aliquid comparet, quo commode carere queat. Huic  
 naturali dispositioni etiam J. C. adstipulatur, & concedit,  
 quemlibet suarum rerum esse moderatorem, dominum & ar-  
 bitrum *l. 2. C. d. Mandatis*, nec æquum, secundum Diocletiani  
 & Maximini effatum, videri, quemquam rem suam emere  
 vel vendere invito *l. 9. ff. rer. amotar.* ita, ut nec rescripto  
 principis imperari possit, quemquam invito rem suam distra-  
 here, *l. invito 11. C. d. contr. emt.* nam omnes contractus ab  
 initio dicuntur esse voluntatis *l. 17. §. 3. ff. commod. l. 5. C. d. obli-  
 gat. & act.* ut merito privatio disponendi de rebus propriis ad  
 arbitrium alterius dicatur contra bonos mores secundum Ja-  
 son in *l. nemo, princ. C. d. pactis.*

§. XIV.

In Retractu  
 vicinitatis in-  
 ta&ta manet &  
 libera rerum  
 venditio.

Verum enim verò, quamvis consuetudo retractus ex vi-  
 cinitate primo intuitu liberam potestatem res suas transferen-  
 di impedire videtur; attamen hujus æquitatem nemo non  
 laudabit, qui accuratiori subtiliorique animi lance receptam  
 hanc

hanc consuetudinem pensabit. Deprehendet enim quisquis, liberam hic esse alienationem, nulloque modo impediri, cum quilibet immobilia sua vendere possit, cui velit, quamvis, hisce demum venditis, ob non factam denunciationem instantis venditionis, vicinus ejusmodi bona refuso pretio ab emtore retrahere sibi que vindicare possit. Falsa itaque ac fucata erit argumentatio, vicini removeant alios ab emtione immobilium proximitantum, ergo Venditor non libertatem vendendi habet. Nam præter jamjam dicta, ad finem alienationis præprimis attendendum & respiciendum erit, ubi deprehendetur, intentionem & scopum venditoris ne micam quidem impediri, quo minus effectum sortiatur suum. Nimirum in aprico positum est, ideo venditorem rem venum exponere & dare, ut justum rei pretium consequatur, quod cum impetrat à vicino quoque, votique sui compos fit, nescio quid ejus intersit, an penes alium Civem, an verò vicinum, cui liberum est, rem retrahere, immobile permaneat. Huc accedit, si vicinus tantum pretii offerre recusaverit, quantum alius civis, tunc venditori licere, rem illi, qui majorem obtulit pecuniæ summam, alienare; si vero vicinus æquali pretii quantitate immobile hoc acquirere cupit, nihilominus autem aliis postponitur, non video, quomodo talis venditor malevolentia ac invidia notam ac labem evitare velit, quippe qui potius rem venditam in manu extraneorum, quam vicini, conservare desiderat. Hinc, cum hocce jus viciniae hæc quidem ex parte ne aliquam iniquitatis umbram præ se ferre videatur, à reatu illo, quod libertatem vendendi impediatur, æquitatque contrarium sit, absolvendum erit.

§. XV.

Cæterum, cum omnes leges fini atque scopo qui in reipl. vergat utilitatem esse debent accommodatæ, à nobis simile quid indicandum erit. Hanc intuentes consuetudinem, animadvertimus, hujus observantiæ introductionem civium utilitatibus & commodis quam maximè inservire, quippe qui acquisitione rei immobilis vicinæ molestias & turbas vicini mali evitare possunt, Cuilibet enim in id incumbendum est

Vi hujus juris vicini, malos vicinos evitare sicque aliqua ex parte reipl. tranquillitatem promovere possunt.

sedulo, ut vicinum habeat bonum nullo in casu, nulloque sub prætextu confines unquam ladentem; quod & ethnici perquam exoptarunt, optimusque dicendi Magister Cicero in *Orat. pro Planc.* in hæc procedit verba: magnum ædificiis nostris accedit emolumentum, si vicinitas nobis contigerit, retinens veterem illum officii morem, non infuscatâ malevolentia, non adsueta mendaciis, non fucata, non fallax non erudita artificio simulationis vel suburbano vel etiam urbano. Hinc etiam in agro, antequam ematur, duo esse consideranda Porcius Cato censuit, vid. *Colum. d. re rust. L. 1. c. 3.* salubritatem cæli & ubertatem loci, posthæc intuenda viam aquam & vicinum, ne quempiam cum Dorippa apud *Plantum in Mil.* sententiam iis temporibus vulgari sermone celebratam, pronuntiare oporteat: Nunc ego verum esse illud verbum experior, aliquid mali ob vicinum malum; quod etiam *Hesiodus* eleganter expressit, in opere cui titulus: *opere & dies vers. 341.*

*Noxa iam magna est malus vicinus quantum bonum commodum*

*Nactus est bonum, quicumque nactus est vicinum bonum &c.*

Nihil quoque perniciosius est invito vicino, quoniam singularis momentis ansam nocendi arripere potest, dum facta vicini sui scire valeat, *l. 1. §. flumen ff. de flum. l. dominus borreor. ff. de locat. c. postquam extra d. elect.* imo ratione hujus res minoris dicitur esse pretii *l. 35. §. fin. ff. de contr. emt. Gail. Lib. 2. obs. 69, n. 20.* Hoc secus est in bono vicino, utpote qui maximum dicitur bonum, *Mench. l. 3. pres. 83. n. 9.* æstimationem pretii augens *Coler. d. proc. execut. P. III. c. 9. n. 120.* quod etiam *Themistocles* cognitum & compertum habuit, qui, prædium vendens, præconem hoc addere iussit, quod bonum haberet vicinum. Quemadmodum autem ejusmodi Consuetudo privatorum & civium singulorum commodis & quieti consulit, sic ea ipsa non deterioris conditionis reddit universitatem quandam, dum & privata inhabitantium concordia & consensus non ultimum est medium, quo tranquillitas & salus publica, quæ tamen prima lex esto, insigniter promoveri possit. Expedita enim & aperta res est, pacifico privatorum statu reimpl. æque affici atque contentionibus, nihil obstante, quod intra

intra privatos parietes diffensiones tales foveantur & alantur. Recte hoc ponderavit *Seneca* qui graviter, quanta in virtute dignitas quanta in vitiis turpitudine sit, docet, dum *libro 2. de Ira c. 31.* scribit: nefas & nocere patriæ; ergo & civi quoque, nam hic pars est patriæ. Sanctæ partes sunt, si universum venerabile est. Quid si nocere velint manus pedibus? manibus oculi? ut omnia inter se membra, quia singula servare totius interest; ita homines singulis parcent, quia ad cœtum genti sumus. Salva autem societas esse nisi amore & custodia partium non potest.

§. XVI.

Non possum vero, quin præter ea, quæ de justitia & æquitate juris hujus viciniam jam proposui, unicum adhuc momentum in medium afferam; nimirum circa privatorum utilitatem observanda est æquabilis commodorum & incommodorum mixtura, nihil enim æque ad Conservationem rerum pertinet, quam æqualitas, quâ sublata teste *Cic.* in aureo *d. Off. lib.* necesse erit, omnia velut unâ ruina interire. *Paulus* Idem *l. 10. de regul. jur.* sentit: secundum, inquit, naturam est, commoda cujusque rei eum sequi, quem sequuntur incommoda; hanc regulam canones convertunt in *vic. d. reg. jur. can. 55.* qui sentit onus, sentire debet & commodum, & contrâ; Imo frequentissimum est in jure, eum, qui in uno gravatur, in alio rursus sublevari, *arg. l. 30. eum qui ff. d. jurejur.* Si vicinos invicem consideramus, plurima patiuntur incommoda, vid. *Luc. de Penna in l. quicumque 7. n. 21. C. d. omni agr. desert.* sic vicinus quævis in suo facere potest, ratio in libera de re nostra disponendi potestate consistit, §. *fin. insit. de his qui sui l. alieni juris.* idque procedit, etiam si fiat cum vicini incommodo, modo non nocendi animus adfit *l. 3. ff. de J. J. & citra alterius æmulationem l. 3. ff. d. oper. publ. & invidiam, propriæ utilitatis causa, susceptum vid. Raucbb. P. I. qv. 27. n. 4. Schilt. in Manud. Philos. moral. c. 8. §. 62.* Sique aggeres & fossas in suo quis facit, ne aqua in alterius defluat agrum, non attenditur, quod vicino noceatur. *Menoch. d. presump. L. VI. c. 29. n. 5. sq.* Rebus sic

Ex eodem jure Vicini varie sentiunt commoda.



se habentibus, jure meritoque inferendum erit, nihil æquitati naturali esse convenientius, quam ut commodorum, quæ ex vicinitate venire possunt, præ aliis particeps fiat vicinus, & leges honestatis potius svadebunt, à vicino vicinum in venditione immobilium aliis præferri, præsertim, si hujus interest, confines fundos acquirere: Nam vicini etiam hos supra justam æstimationem comparare sæpius coguntur l. 64. ff. de legat. & fideicomiss. secund. & l. 1. §. 15. si quid in fraud. patr. fact.

§. XVII.

Retractus ex  
Vicinitate ex-  
ercetur à  
vicinis,

Cætera, quæ adhuc ponderari possent, mitto & prætereo, ut retractum ex vicinitate competentem, ejusque jura ponderare ac discutere possim. Ante omnia autem hic considerandi veniunt illi, quorum in gratiam jus, retrahendi bona alienata, introductum, & percepimus, esse vicinos. Eo nomine aliquando continentur remotiores, præsertim in favorabilibus vid. Jason l. non solum ff. d. nov. oper. nunciat. Ti. raquell. de retr. §. 1. gloss. 9. n. 21. Aliquando velut in odio- sis, & secundum nostram Consuetudinem, hac appellatione denotantur, qui contiguas ædes habent, qui nobis ad un- gvem coherent, qui juxta nos habitant, quorum ædes nostris proximæ sunt, ita ut non sit aliqua via in medio, secundum Cottmann, l. 2. Resp. 97. n. 118. quo etiam referendos velim confines, qui ii possessores nominantur, quorum territorio- rum vel agrorum extrema se finibus attingunt, l. adeo 7. §. fin. & l. 8. ff. d. acquir. rer. domin. l. illud querend. 83. ff. pro so- cio. Hi vicini & confines, contra cives unius ejusdemque lo- ci, in quos alienatio facta, & proximantes è trinfino, contra vicinos ab una parte confines retractum ex consuetudine exercent, acsi statuto quodam municipali provisum esset, ut vicini retractu gaudeant, quale statutum Fryburgi autore Uldarico Zasio factum est, ut ipse ad L. 34. d. verbor. oblig. testatur. Et ejusmodi dispositionem in art. 61. des Hamb. Land-Nichts reperire licet, dum constitutum est: Welecker- een Erbe verkopen will, de schall idt vorbeer Bader und Moder, und



und den negsten Gründen, und dem negsten Naber, da hec up  
watert, ankündigen.

§. XVIII.

Jure hoc etiam suo vicinus fruetur, & minime gentium  
removebitur, quamvis via privata, vicinalis, agraria de qui-  
bus *l. 1. §. 23. ff. ne quid in loc. publ. fiat.* interveniat, quia illæ,  
arg. *l. 4. §. 6. d. fin. reg.* confinium nec impediunt, nec con-  
junctionem fecernunt *vid. Matth. d. Afflictis d. jur. proem. §.*  
*est autem n. 11. p. m. 277.* aliter se res haberet, si via publica  
five regalis, vel ut in jure Romano dicitur, via basilica, præ-  
toria, consularis, duorum agrorum fines distingveret, *vid. cit.*  
*Affl. eod. §. n. 12. p. 278. Robert. Morand. diss. jur. protimis. n. 53.*  
*p. m. 439.* ubi & rationem diversitatis *ex l. 5. ff. d. fin. regund.*  
allegatam observamus, quia nimirum magis in confinio via  
publica, quam ager vicini.

Etiamsi via in-  
ter sit privata.

§. XIX.

Requirat hocce jus retractus alienationem ex causa o-  
nerosa, & tunc nihil refert, an tantum contractus sit inchoa-  
tus, & per rei traditionem pretiique solutionem ad perfectio-  
nem producendus, an per traditionem & soluto pretio jam  
jam perfectus, modo ipso jure sit validus; nam si nullus,  
ob defectum qualemcunque retractui non locus dari potue-  
rit. Si itaque partes promissis, in contractu factis, stant,  
nec mutata ab eo recedunt voluntate, jus, retrahenti com-  
petens, illico concitatur, & cum vicinus facto ipso contra-  
hentium jus perfectè quasitum semel obtinuerit, ei invito  
auferrî nequit. *l. 11. ff. d. R. 1.*

Præcipue re-  
tractus locum  
habet in Em-  
tione & Ven-  
ditione.

§. XX.

Non tantum autem in hoc commemorato contractu  
emtionis venditionis locum obtinet, sed etiam in aliis pactis,  
quæ ob interventam æstimationem ipsius rei pecuniamque  
numeratam vicem emtionis habent, qualis est, datio in so-  
lutum, quod de ea intelligimus, quæ fit pro pecunia debi-  
ta, quæque *l. 4. C. de evict.* & apud *Heringium d. fidejuss. c.*  
*20. §. 21. n. 4.* emtioni æquiparatur. Nam si dationis in so-  
lutum effectum ponderamus, & quomodo prædium à debi-  
tore

In datione in  
solutum.

tore constituto pretio, creditori, cujus re obligatus, pro debito quantitatis in solutum datur, deprehendimus, nihil propius ad venditionem veram & realem hâc datione in solutum accedere, quoniam in hac substantialia venditionis conveniunt omnia, nimirum res, consensus & pretium vid. *Reinking. qv. IV. n. 18.*

§. XXI.

Et in permutatione si pecunia prævalcat.

Huc quoque referenda venit permutatio. Abeunt hic DD. in diversas partes, & ex mente aliquorum præmissis inspicendum est, quid partes specialiter egerint, quale nomen contractui imposuerint, & si constet de principali intentione, tunc non observari, utrum pretium prævaleat, an species, vid. *Bald. Perus. d. jur. protim n. 10. fol. 301. Mantia. d. 12. cit. & ambig. convention. L. 25. tit. 2. n. 2. Reinking. qv. 4. n. 86.* ita quidem, ut si principaliter contrahentes conventioni nomen permutationis dederint, permutatio esset, non attenda distinctione, an pecunia prævaleat rei, nec ne. *Tiraquell. d. retr. §. 30. gloss. 1. n. 11. seq. Fol. 223.* negat in hac materia esse attendendum, quid partes crediderint, se agere, sed quod contrahentes re ipsa agunt; Hinc cum agitur de præjudicio alterius, potius inspicatur natura & effectus actus, quam nomen ab agentibus attributum, ut sic fraudi contrahentium occurratur & obviam eatur. Nos facimus cum *Carpzovio P. II. Jurprud. forens. constit. 32. def. 15. n. 8.* rem sic definiente: si in permutatione pecunia intervenit, attendendum est, an pecuniæ sit major pars, valoris rei, & tunc locum dari retractui, tanquam contractu venditionis, ibidemque præjudicia quædam prostant. Et *Molina dispur. 320. n. 19.* in terminis materiæ nostræ sic scribit: in re proposita (loquitur autem de retractu) ubi de præjudicio tertii agitur, si pretium valorem alterius rei excedat, esto excessus sit modicus, censendam esse venditionem, si valor rei excedat, reputandam esse permutationem, quando autem nullus deprehenderetur excessus, standum esse verbis contrahentium.

§. XXII.

Retractus vicinitatis ad certum quoque tempus restrictus est, intra quod peti & suscipi debet, nisi quis jure velit cadere su. Circa hoc imprimis evolvenda sunt locorum statuta & consuetudines, quoniam usu longævô & moribus hominum pro locorum diversitate variantia tempora hoc in passu introducta sunt. Sic in ordinatione Darmstadiana duorum mensium spatium retractui est præfixum & verba statuti sic sonant: Da jemand etwas aus seinen Güthern verkauffen, und des Abtriebs halber gesichert seyn wolle, der soll sein Vorhaben, den nächsten Bluts-Freunden, Anstößern, (i. e. his, qui retractu vicinitatis uti possunt) zu ihrer Erklärung oder Handlung des Kauffs halber zwo Monath lang erwarten. Si in terris Saxonici consuetudines & statuta hac ex parte nihil determinarunt, tempus continui anni concessum erit, quippe quod spatium in foro Saxonico manifestis verbis. *P. 2. Const. 32.* so soll er innerhalb Jahres Frist nochmahls zulässig seyn; obgleich das Gut verkaufft, und einem andern tradirt, den Kauff zu hinterziehen u. decisum est. Cujus quidem instituti etsi certa quædam ratio dari nequeat, sit tamen conjecturæ venia. Hanc autem si sequimur, videtur, tempus unius anni Serenissimo hac de causa placuisse, quod eadem ratione in hac retractus materia præverant, jus divinum *Levit. XXV, 29.* canonicum in c. 8. *extra de restitutione in integrum.* Feudale 2. *F. 26. §. Titius 2. F. 9. §. 1. Hartmann. Pistoris P. 2. qu. 12. n. 22. Rosenthal d. Feud. c. 9. concl. 93. n. 6.* Jus consuetudinarium imperii plerisque in locis, *Gail. Lib. 2. obs. 19. n. 14. Mev. Part. 2. decis. 251.* Cæterum verba constitutionis electoralis de annali hac præscriptione de anno civili, constante ex trecentis sexaginta quinque diebus accipi debent, teste *Carpz. P. 2. const. 32. def. 4. Philipp. in observ. ex decis. Elect. decis. 11. obs. 3. n. 33. p. 234. eodem de subastationibus c. 4. comm. 12. de 7. protim. n. 63. p. m. 333.* A consueto interim jure Saxonico præfinito termino 30. annorum forsan recedere voluit LLator. Seren. & hanc materiam angustioribus circumcludere cancellis, quia contra jus commune est jus retractus vicinix, & indignum, ut tam longo tempore incertus de jure suo vivat

Retract. vicinit. nisi statutum aliter fert intra annua exercendus est.

emtor, *Mynsing. 3. obs. § 1. in fine.* Hinc et si res ambularet per mille emtores retractui tamen uniforme est tempus, ne secundum *Mevium in Jur. Lubecensi Part. 3. tit. 7. art. 1. n. 74. p. 672.* semper incerta & in pendentia diutius sit iusta emtoris possessio.

§. XXIII.

Retractus fieri potest quoc: anni tempore.

Hæc temporis determinatio de essentia & solennitate nostri juris est, adeo, ut omni cura cogitationeque observanda, quoniam minima mutatio vel omisso totum vitiat actum nec moræ purgatio admittitur. *vid. Carpz. J. for. P. 2. const. 32. §. 5. n. 7. seq.* in Camera itidem observantia viget *Myns. teste 3. obs. § 1.* Ipatium hoc annale retractum exercentis voluntati permisissum est, ita ut ab arbitrio suo dependeat, an intra primos menses a contractus initi notitia, an post illorum lapsum, jus suum prosequi velit, imo ultimo adhuc die, *Reinking. qu. 7. n. 305.* hora ultima secundum *Carpzovium P. 2. const. 32. def. 2. n. 6.* & ultimo diei momento secundum *Mevium in Jur. Lubec. Lib. 3. tit. 7. art. 1. n. 78.* huic liberum est; post hæc præcluditur, nam tempus hoc nostrum est fatale, omni severitate observandum, & currit de momento in momentum, quique terminum hunc labi permittit, ex facto proprio censetur exclusus, nec ulterius audiendus, dum termini lapsus tacitam juris renunciationem involvit. Si autem casus esset dabilis, ut in anno intercalari, ubi dies adhuc, anni ratione sic postulante, superadditur, jus retractus sit prosequendum, biduum, quod est in bisexto, pro uno die æstimatur *l. 98. d. V. S. & per ea quæ tradit Franzkius ad ff. d. Minor. n. 3. § 6.*

§. XXIV.

Spatium annale retractus tantum currit scienti non vero ignorant.

Peremptorius hic ipse retractui præscriptus terminus, ratione initii utilis est, non, nisi scienti currens, (quæ scientia secundum *Gailium 2. obs. 48. n. 22. & Mascard. de probat. concl. 886. n. 3.* non præsumitur.) Ignoranti enim tempus annale nunquam currit *l. 6. annus. ff. d. Calumniat. l. 8. generum. ff. d. bis. qui not. inf. Hartmann Pistor. Lib. 2. qu. 12. n. 26. Mollier. constit. 9. P. 2. n. 1. Carpz. dicto loco defin. 6. n. 11.* nisi ignorantia proveniat ex doloso facto, adeoque affectata sit, argumento *l. 1. §. 1. ff. d. Act. emt. vend.* ab illo autem momento, ex quo de

de rei immobilis alienatione aut venditione certior quis est redditus, cursus temporis fit continuus. Idem proferendum est de minore, huic præscriptio hæc annalis nil præjudicii afferre poterit, quia ipso jure redditur tutus, *arg. l. 1. 2. 4. & fin. C. in quib. caus. in integr. rest. necess. non est, & intra anni* Cursum ex quo major factus, huic integrum erit, sine ulla facta restitutione rem retrahere *vid. Struv. exer. 23. §. 65.* Vero scienti autem, qui de omnibus circumstantiis alienationis accepit notitiam, præscriptio hujus juris a momento perfecti contractus E. V. currit, quanquam res ipsa emtori nondum tradita, nam secundum *l. 15. d. R. J.* is videtur rem ipsam habere, qui actionem, ad rem tradendam, habet, & rectè secundum *Mollerum P. 2. constit. El. n. 5. 6.* retrahenti præscriptio incipit ab eo tempore, quo agere potuit.

§. XXV.

Durante hac præscripti anni intercapedine, vicinus ad tractum bonorum, pro pecunia parata alienatorum, non admittitur, nisi etiam numeratum in præsentia æs habeat, & omnes contractus gratia factas, impensas, v. g. sumtus vini, restituat, *vid. Gail. obs. 19. n. 9. & Constit. El. 32.* & præjudicium ap. *Richi. conf. & respons. Vol. 2. conf. 175. n. 26. p. 673.* Pignora itaque ac fidejussores, quanquam sint idonei & probati, invito emtori non poterunt obrudi argumento *l. 4. §. prætor ait ff. de re judic. & d. Effect. sent. & l. 6. §. 1. ff. quib. mod. pign. l. hypoth. solv. Compensatio autem valebit secundum *L. 36. ff. d. verb. Sign. Gail. 2. obs. 12. n. 10. Mevius ad jus Lubec. L. 3. tit. 7. art. 1. n. 65.* Est itaque pretium integrum & justum secundum pacta conventa mox solvendum; per justum autem pretium intelligimus, ne alter per alterum læsionem sentiat, & retrahens vicinus majorem pretii summam numeret, quam alius emtor in solutionem dare promisit. Fieri interim posset, ut pretium majus & quidem simulatuer, ad excludendum eludendumve retrahentem constitueretur, & tunc merito fraudulentus ejusmodi collusor ob dolum & commissam simulationem secundum Consilium *Besoldi in P. 6. consil. Tub. 272. n. 113.* arbitrarie punitendus esset; usus autem fori fert, ut instrumentum emtionis*

Retrahens pretium integrum & justum offerre debet, fidejussores & pignora non valent.

nis retrahenti emtor teneatur edere, verumque pretium jurato indicare v. Richt. P. 2. de iur. 76. n. 122. Carpz. cons. 33. P. 2. def. 2. n. 5. Gail. 2. obs. 19. n. 10. ne dolosus licitator, majus æquo prætio offerendo, retrahenti præjudicare queat, quo facto sæpius contingit, ut fraudes & collusiones ad deterrendos alios susceptæ, non raro prima statim fronte se prodant.

§. XXVI.

Pacta in Re-tract. semel inita salva manent.

Cæterum ad pacta, venditioni adjecta, hic respiciendum est, vid. Tiraguell. §. 1. gloss. 7. n. 1. & vicinus in omnia pacta, quibus sibi contrahens prospexit, intrat, dum persona saltem emtoris mutatur, substantialia autem prioris contractus salva manent; quemadmodum vicissim & ea, quæ sibi venditor reservavit, jure non prohibita, retrahens custodire tenetur. Emtor itaque indemnis reddendus, inque statum collocandus est. in quo ante venditionem fuit. Patet ergo, vicinum retrahentem, ratam manentem conventionem cum suis conditionibus amplecti debere vid. Pegium vom Verkauf, Lib. 1. c. 5. cum quo Ordinatio Solm. P. 2. tit. 12. §. fin. concordat, ubi ita dispositum, und sollen sonst in alle Wege die Pacta, Gedinge und Abreden, (so ferne dieselbe sonst erbat und rechtmäßig sind) welche bey dem Verkauf geschehen, in ihren Kräften bestehen und bleiben, denn der Abreiber nicht mehr noch weniger Vortheil als der rechte Käufer haben soll. Circa hæc pacta notandum quoque venit, paciscendo inter contrahentes non effici posse, ut res, si vicinus retractus jure uti veller, pro inemta habenda sit, & contractus eventu carere debeat, uti censet Afflic. §. scriptum est. n. 13. p. m. 245. Bened. d. 7. Proxim. ad rubr. n. 62. p. m. 27. & in primis n. 216. p. 109. idem ad § scriptum est n. 14. p. 281. certum quidem est, emtionem & venditionem adjectâ conditione iniuri posse, & deficiente hac contractum celebratum censeri resolutum ab initio l. 8. ff. §. 1. d. peric. & commod. rei vend. Cum vero hoc pactum invidiam sapiat aliquam, inque retrahentis fraudem & præjudicium solummodo adjectum esse possit, ut sc. suo jure cadat l. 75. ff. d. reg. jur. ob præsumtum fraudis consilium, retrahentis ut jus illatum maneat, æquum & justum erit,

Quæ in odium vicini ver- gunt ipso jure nulla.

§. XXVII.

§. XXVII.

Uti autem onera contractus omnia subire solet retrahens; ita etiam par erit, ut & commodis ipsis fruatur, juxta in *l. 10. ff. d. R. L.* ostensam naturalem æquitatem. Quod si ergo particularis solutio in dies conventa (nach Termin zu zahlen) & hanc accipere tenetur venditor à retrahente, nec duriores exigendæ conditiones sunt, quanquam particularis solutio magna habeat incommoda *L. 3. ff. fam. hercis.* Omnibus namque dilationibus & induciis, quas emtor habuit, gaudet retrahens, vid. *Cz. c. l. const. 33. def. 7.* ubi & præjudicium si vero contigerit, ut tempore retractus dies aliquæ solutioni destinatæ jam præterlapsæ essent, retrahens in una summa solvere tenetur, quod solutum, vid. *Richt. p. 2. Dec. 76. n. 114.* reliqua ut offerat, necesse non est, quia dies nondum venit *Id. 1b. n. seq.*

Retrahens onera & comoda sentit contractus.

§. XXVIII.

Dum retrahentis est solvere debita ratione & congruo tempore, sic utique emtoris est, refusionem pretii, cum ipsi sit, acceptare; Evenire tamen potest, ut id accipere reluctetur, & tunc recusanti solvi non potest, *l. 55. ff. d. obl. & act.* Hoc autem non obstante, retrahens tamen se ab obligationis suæ nexu laxabit, si sollicitè id curat, ut pretium integrum emtori realiter offerat, daß er es würcklich ihm zu zahlen anbietet; & non verbaliter tantum, quanquam apertum sit, pretium non accepturum esse. Oblatum hoc apud Magistratum intra tempus retractui definitum deponat, ad quam depositionem emtor etiam pro lubitu citari poterit, depositum vero ad eventum usque litis relinquat, alias enim receptione in contractum consensisse, sicque retractui renunciassse, videtur *arg. l. 6. in f. l. 7. ff. d. LL. Commiss. & secund. Tiragv. d. iv. de rat. consang. §. 7. gl. 3. n. 4.* Actus enim recuperationis tollit actum depositionis. Hæc omnia quia ad formam retractus referenda sunt, observanda esse *arg. l. 8. §. 17. ff. d. transact.* cenfeo, si alias retrahens hoc gaudere cupit jure.

Retrahens integrum pretium offerens deponit si venditor non acceptat.

Vicinus rem  
tantum vicini-  
nam non ali-  
am, retrahere  
cetur.

Si quæ proposuimus non flocci facit fusque deque ha-  
bet retrahens, & rem vicinam alienatam intra annum à mo-  
mento notitiæ alienationis, refuso, vel rite oblato & depofi-  
to pretio, aliisque legitime factis expensis, retrahere fludet,  
finem confequetur fuum, & res proximans, immobilibus fuis  
adjugetur. Vicino itaque licet rem vicinam retractui sub-  
jectam, intentatamque, minime autem aliam non vicinam,  
quæ forfan una & fimul cum eadem, eodem contractu, uno  
in omnes pretio conftituto, translata fuit, retrahere & non  
vicinam relinquere vid. *Zaf. Comment. pand. in addit. ad tit. 3.  
d. l. commiss. n. 36. p. m. 406. Tirap. §. 23. gl. 2. n. 2. Affli-  
ctis So. scriptum est n. 6. p. m. 238.* hocque summo nititur jure  
& æquitate. Cum enim retractus eo innititur fundamine,  
ut retrahens res sibi propinquas & conterminas, non autem  
alia immobilia postulare five cætera disita una perfe-  
qui queat; Juris quoque ratio postulat, ne alter separata  
& diversa corpora, retractui non subiecta, retrahenti invito  
una obrudat: longeque æquius est, simultaneum ejusmodi  
contractum non nocere retractui, quia hoc in casu vicino  
facillime jus suum facto contrahentium auferri posset, si mo-  
do res adjugetentur alia, ad quas vicino nihil juris. Hæc  
nostra est opinio, quanquam non infcii sumus, Scabinos  
Lipsienses, ad quæstionem: utrum, qui jus congrui in agro  
vel prato habeat, exercere id queat, si res illa cum aliis, &  
quidem uno pretio conftituto vendatur? negativam arruif-  
se scientiam, addita limitatione, nisi omnia fimul refuso pre-  
tuo retrahere velit, uti apparet ex respons. ad requis. Chri-  
stian Landsbergs nach grossen Welfsbachs Mens. Septembr.  
1692.

§. XXX.

Venditoris  
est, rem alie-  
nandam vici-  
no offerre,

Quoniam autem ob vendita in alium non vicinum bo-  
na ex retractu multæ lites evenire solent, optimum consilium  
est, ut ad venditionem non procedatur, nisi re vicinis ad e-  
mendum oblata, vid. *Const. El. 32. P. 2.* Nam quanquam vi-  
cinus de contractu venditionis aliunde notitiam acquirere  
possit,



possit, tamen ad excludendum à retractu secundum *Mevium* P. 2. *decis.* 232. p. m. 232. non sufficiens erit nuda scientia, finisque denunciationis hoc modo non obtinetur, dum mentem suam vicinus declarare nequeat, an jure suo uti velit nec ne.

§. XXXI.

Denunciatio igitur velut retractus formale teste *Mevio* *decis. cit.* necessario observanda erit, & dum illa fit ipsius contractus substantialia simul notificanda sunt. Si enim denunciatio simpliciter, perfunctorie, & obscure esset facta, profusus effectu careret, quoniam secundum *l. aut qui aliter* §. 1. ff. *quod vi aut clam. l. scire autem ff. de excus. tut. & temp.* paria sint nescire, & scire tantum in genere & obscure, & ille in iusta versari ignorantia dicitur, qui substantialia contractus nescit, hinc ante omnia pretii certi & specifica denunciatio fieri debet *Bald. & Cin. l. 1. C. d. contr. emt.* & sapius scientia quantitatis quam maxime stimulos addere potest, ut vel retrahat quis vel non. Tali facta denunciazione in arbitrio vicini erit positum, an emtionem pecuniæ acquirendæ gratiâ aliavæ simili ex causa differre, illamque intra annum suscipere velit, an vero plane abnuere vid. *Const. El. 32.* juri autem suo semel renuncianti non datur regressus secundum *Carpz. const. 32. def. 1.* quanqu. *Berlich. banc sententiam l. 2. conclus. 22. n. 68.* repudiavit.

Et justum in-  
simul denun-  
ciare pretium.

§. XXXII.

Etiamsi vicinus, retrahendi jus habens interfit ipsi alienationis negotio, nihil ex hujus taciturnitate & non facta contradictione colligi poterit, presentia enim cum taciturnitate non operatur, consensum, nec opus est protestatione, sed durat jus retrahendi vid. *Tiraqu. §. 1. gl. 9. n. 198. fol. 153. Carpz. def. 1. Const. 32.* & præjud. in *Struv. decis. sabbarbi. c. 8. decis. 42. p. m. 264.* Objici quidem posset communis regula, quod tacens consentire videatur *reg. 142. d. R. 7.* attamen ea multis restringitur limitationibus vicinus, enim non impedire posset sua contradictione, quo minus dominus rem, cui velit,

Denunciatio quoque faci-  
enda est,  
quantumvis  
vicinus inter-  
fuit alienatio-  
ni.

velit, vendat; tacens quoque in suum præjudicium pro consentiente non habetur. cum notum huic fuerit, jus suum durare l. 8. ff. §. 15. quibus mod. pign. Sichard. ad. rubr. C. d. pactis n. 20. sique de nostri juris imminutione agitur, taciturnitas pro dissensu accipienda l. 7. filius fam. §. inuius ff. d. procur. l. 5. inuitum ff. d. seruit. urban. l. penult. 91. ff. d. Furtis. Huc accedit, hic pro forma requiri consensum expressum vid. Mynsing. ad §. 8. inst. quibus mod. pat. pot. solv. n. 9. quinimo, tacere quodammodo est intermedium quoddam inter fateri & negare, nam is qui tacet secundum can. 44. d. R. 7. in 6to. non fatetur, sed nec utique negare videtur. Iniquum etiam foret in momento de re majoris consilii, consilium illico inire, dum ut plurimum consilii præcipitis affecta sit pœnitentia, vid. J. P. Surdum. conf. 371. n. 62. conf. Hart. Harm. l. 2. qu. 12. n. 58. seq. ubi multa huc pertinentia.

§. XXXIII.

Definitio Retractus ob vicinitatem competentis.

Ex his igitur, in medium prolatis, facilius innotescet, quid nos singulari ac consuetudinario hoc jure intendere conemur, quod nempe retractus ex vicinitate in ditionibus saxon. sit jus, statuto vel consuetudine introductum, & sanctione publica confirmatum, quo vicini contermini, bona alicui non vicino alienata, soluto eodem pretio intra annum ob solam vicinitatem sibi asserere, atque ita extraneo emtori præferri possunt; ut variorum commodorum reddantur participes, nec mali quid sentiant per novum vicinum.

§. XXXIV.

Cessat Retractus in permutatione.

Cessat hocce jus retractus ex vicinitate descendens in permutatione: quanquam enim hæc vicina est emtioni l. 2. ff. d. rev. permut. imò eidem similis l. fin. ff. quib. ex caus. in poss. & ob id quoque asserendum esset, retractum non secus in hac vicaria emtione ac in aliis recensitis obtinere, quoniam autem determinatio æstimationis & pecunia certa in ea non intervenit, hoc ipsum haud quaquam asserere possumus, nisi, ut supra dictum pretium superveniens prævaleat, resque fungibilis quæ statim vendatur, pro re altera detur, vel

vel alias fraus subfit. *Tiraqv. §. 1. gl. 14. n. 19. 28. seq. Richti decif. 76. n. 180. seq.* Donatione etiam labefactatur jus Retra. In donatione. Etus vid. *Afflic. §. licet enim §. 18 p. 157.* quanquam non inficiandum titulum donationis valde esse suspectum in venditione vid. *Jac. Cure. d. conjecl. L. 3. c. 2.* Idem exulat in pacto antichreseos, quo nimirum liceat uti pignore loco pecuniae creditae *l. ii. §. 1. ff. d. pign.* si autem consilio malitiosi cautelarum magistri, ad intervertendum alteri jus retractus, hoc pactum cum tertio inutum fuit, & pro ea quantitate, quae serè justum excedit pretium oppignorum; iudex imploratus, pro succidenda hac cavillatione, retrahenti idem jus concedere, & in ipsa etiam oppignoratione praerogativam dare poterit vid. *Schilt. exerc. ad ff. 30. n. 140. Tom. 2. p. 111. 282.* addito responso . . . Daß Retrahente in Rechten Zug und Macht habe, das officium iudicis, wegen des Contractus simulati, zu imploriren, damit die Sache genauer untersucht, und dahin verabschiedet werde, daß der Theilhaber des verpfändeten Stückes an des Creditors Stelle treten, und vor denselben gegen Erlegung der ausgezahlten Summa sich des verpfändeten Stückes anmaßen möge. Constitutum & natum hoc jus tollit quoque ac destruit renunciatio expressa, si retrahens venditori, & denunciata venditione, respondit: rem emere nolle, satis agrorum sibi esse, quandam horum partem ipsemet vendere, quam fundos alios comparare, malle. vid. *Mev. P. 2. decif. 253.* Similem effectum producit renunciatio tacita, quae ex lapsu temporis retractui praefiniti oritur, vid. *Mev. ad Jus Lubec. l. 3. tit. 7. art. 1. n. 71.* subjungatur, n. 78. ubi memorat, quod spatium hoc annale, nisi intra annum sequatur, de retractu actio, non impediatur, licet tempore contractus protestatio vel contestatio de retrahendo sit facta. Idem colligitur ex omissione persecutionis actionis intra annum instituendae, & ex repetitione depositi pretij, nam antequam emtor depositum ad se recepit, retrahenti repetendo invito quoque emtore pernitere potest, vid. *Tiraqu. §. 2. gl. 3. n. 4.*

In pacto antichreseos.

& si

renunciatio facta,

actio non instituta fuit.

D

§. XXXV.



Actio in  
Retract. vicini.  
nit. instituen-  
de Definitio.

Feſtinat nunc animus ad inſtituti noſtri remedium, quo immobilia in alium civem, non-vicinum, alienata iterum repetuntur: qui enim jure retrahendi uti debet, ut actione quadam infruatur, æquitas & neceſſitas ipſa poſtulat, dum hac deficiente, nemo poteſtatem conveniendi alios in judicio habet, nec alterum cogere poteſt. *l. 6. §. videamus ff. de negot. geſt.* actio autem, ex hac juris ſpecie competens, dicitur condictio ex ſtatuſto vel moribus, & eſt perſonalis, in rem ſcripta, & temporalis, quæ vicino datur adverſus poſſeſſorem rei, ut rem, emtione aut alio titulo oneroſo acquiſitam, ob retractum ex vicinitate recepto pretio reſtituat.

§. XXXVI.

Quæ ulterius  
explanatur,

Genus Actioſis noſtræ nullum aliud eſſe quam conditionem ex ſtatuſto vel ex moribus, inde apparet, quod obligatio, in poſſeſſorem rei vicinæ redundans ſtatuſto vel conſuetudine ſeu moribus incolarum Saxonæ ſit introducſta; & quia non ex factio vel contractu cum retrahente inito provenit, ſed ex jure Conſuetudinario immediate; ita tamen, ut cum ipſo alienatõ immobili in quemlibet ejus poſſeſſorem migret, & devolvatur recte dici poterit in rem ſcripta vid. *Tiraqu. §. 8 gl. 5. n. 8. Gail, 2. obſ. 19. n. 7. Berlich, Part. 2. concl. pract. 39. n. 97.* Nihil interim eſt novi, aliquas dari actiones perſonales in rem ſcriptas: ita remedia poſſeſſoria, competentia domino adverſus Vaſallum, ſunt in rem ſcripta vid. *Schrad. ſect. 9. n. 25.* ſic noſtra perſonalis eſt, cum inſtituitur adverſus primum emtorem, cum vero & adverſus tertium dirigitur, ipſam rem videtur afficere, qualificare, eidemque quali effectum juris realis imprimere. Temporalis dicitur hæc condictio, quia regulariter, ut ex ſupra dictis patet, annua eſt non perpetua.

§. XXXVII.

& oſtenditur,  
ad verſus

Obligatio, dominium rei in Retrahentem transferendi cum tantum obſtringit & devincit, cui res alienata fuit, & quidem

quidem tamdiu, quam diu possidet: quod si desit, hanc posse quem iustitiam  
 fidere, tunc actio retractus semel prognata possessorem rei enda sic hac  
 persequitur, ex quocunque etiam titulo in eum facta sit actio.  
 translatio. Nam factio aliorum argumento *l. 11. de R. J. §. l. non debet 74. ff. eodem.* retrahenti jus quaesitum auferri nequit,  
 & licet centies praedium secundum *Manzium in decis. palat. qu. 48. n. 4.* vendatur, inque centesimam manum veniat, nihilominus Retrahens intra tempus Retractus, ab ultimo emtore redimere potest: si autem in praedicto casu pretium secundae venditionis majus sit, quam primae *sec. Benedell. ad rubr. n. 53. §. Pegium. l. 2. c. 37. §. Tiraqu. §. 12. gl. 1. n. 6 - 10.* primum pretium solvendum erit a retrahente secundo emtori, residuum autem huic emtori restituat primus venditor, & sic secundus servabitur indemnis, sique primus nollet, ex emto contra hunc agi poterit *l. 19. postlimin. §. si is qui emerat §. l. 9. ff. d. captiv. postlimin.* quod & expresse *Bald. Bart. §. DD. ad legem. emtorem §. fin. ff. d. Ad. emt. §. vend.* tradunt per textus verba, ubi dicitur: quod bona fides non patiatur, ut emtor rem amittat & venditor pretium retineat. Quamvis etiam secundus possessor rem titulo lucrativo v. g. donatione, teneret, retrahens jus suum prosequens, tamen obligatur pretium in prima venditione solutum, restituere, siquidem primus emtor jus atque commodum, quod in ea re habuit, illi donasse censetur *sec. Carpz. Const. 33. part. 2. def. 6. n. 7.* ubi & praesud.

§. XXXVIII.

Contra rei itaque possessorem actio instituenda & libellus maximè in statuto & consuetudine alleganda fundandus Formula ff. belli suppedicatur.  
 est, quemadmodum ex formula sequenti libelli apparet: P. P. Kläger sagt zu Anstellung seiner Klage kürlich, welcher gestalt Beklagter N. N. vor einigen Wochen von N. N. einige Acker Feld, so an Klägers Grund-Stücke anstossen, um 300. Rthlr. erkaufft, und solche noch würcklich besizet, wenn aber Beklagter angeführte Acker Klägers, als nechsten Nachbar, in Güte nicht abtreten wollen, ohngeacht notorisch, daß in hiesiger Stadt das Vorkauffe, und Nachbar-Recht aus einer beständigen Gewohnheit  
 D 2 bei

heit eingeführt, auch dasselbe auf jedermahl begebende Fälle unverbrüchlich gehalten worden; Als ist Kläger sich dieses Nachbar-Rechtes wider Beklagten zu gebrauchen gemeint, und zu Anstellung dieser Klage bewegt worden, fordert dannenher hierauf richtige Antwort, mit Bitte, nach deren Erfolg in Rechten zu erkennen und auszusprechen, daß Befl. gegen Annehmung der entrichteten 300 Rthlr. Kauff-Geldern und anderen nöthigen Ausgaben gedachten Acker an Klägern, als nächsten Nachbar, abzutreten, und alle disfalls verursachte Schäden und Unkosten zu erstatten schuldig. Dum autem Actor consuetudinem allegat, probatio hujus ei incumbit, quæ certe difficillima, quoniam ob actuum inconstantiam consuetudines sæpius mutantur, sique actus contrarii existunt, ex actibus illis intermediis, exceptio interruptæ præscriptionis opponi potest; quare cautè provideque hic procedendum erit, & ne probatione quis cadat, actus, si prostant, judiciales & rem judicatam inquirat, sec. monitum *Ulpian. l. 34. d. Legibus* ubi ita: cum de consuetudine civitatis quis considerare videtur, primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam contradicte aliquando iudicio consuetudo formata sit. Ita enim fit, ut allegans releveretur ab onere consuetudinem probandi per testes, tanquam rem facti, & elucescit, talem consuetudinem jam in iudicio receptum, & pro eâ judicatam esse, vid. *Lud. Engels J. Can. proleg. tit. 5. de Consuetud. n. 10. p. 202.*

§. XXXIX.

Quid Laubæ  
ratione Retra-  
ctus ex vicini-  
tate fuit a-  
ctum.

Sed præscripti mihi cancelli non patiuntur, ut ista, quæ ad Consuetudinem hujusque probationem pertinent, prolixè explicem; hinc priusquam coronidem huic dissertationi impono, promissis in rubro factis stabo, & quid ratione retractus ob vicinitatem Laubæ fuerit actum, brevissimis referam: Vendiderat nimirum Dn. Christianus Exnerus agrum quandam, ante portam Fratrum situm, Dn. Christiano Grimmero, hunc parens meus dilectissimus, duabus ex partibus confinis, eodem, quod inter hos conventum erat, oblati pretio, parare cupiebat, voti autem sui non reddebatur compos; adigebatur itaque, die 19. April. 1712, solenni protestatione

tionem quādam contractas initi judicialem confirmationem ac traditionem, mox instantem; impedire & magistratum literis appellare; Sie möchten hochgeneigt geruhen Hr. Grimmern dahin zu bescheiden, daß er von dem prätextirten Garten Kauff lediglich abstehe, und an meinem jure retractus, so mir ex vicinitate gebühret, mich ferner nicht beeinträchtigen solle; Hr. Eynern aber anzudeuten, daß er mir den Garten in eben dem Preise der 200. Rthlr. davor er solchen jenem verkauft, überlassen solle. Litem hanc pendente D. Exnerus prorsus suam faciens, allegatam a Parente meo dilecto notoriam consuetudinem in dubium vocabat, inque positione ultima transmissionem Actorum urgebat: Re sic evadente, parens sibi persuadebat, non in cassum fore, si de notorietate & usu juris hujus retractus Dominis Sententiantibus notitia quādam suppeditaretur; hinc judicium nobilissimum interpellabat, ut detrectare noller, perscrutari, quid forsitan Dno. Joh. Georg. Klettwigio, Consuli regenti, Dn. Melch. Schaffero, Prætori, Dn. Heincr, Joach. Heino. & Dn. Joh. Fridr. Kirchhoffio Scabinis & Senatoribus, quidque civibus, Dn. Mich. Deutschlendero, Dn. Christiano Brumhardo, Dn. Dav. Schüzio, Dn. Joh. Christoph. Lindnero, Dn. Zach. Müllero, Georg. Schenschero aliisque ratione hujus juris sit notum & conscium; ut summaria horum depositio ad meliorem causæ cognitionem actis inferi possit. Posthæc Acta in Scabinatum Lipsiensem fuerunt missa, qui mens. Jul. 1713. sequentem sententiam, Laubæ die 21. Novembr. publicatam, pronunciauit: daß Klägers Einwenden ohngeachtet, mit der gesuchten Gerichtlichen Confirmation und Lehns-Neichung des libellirten Gartens gebührend zu verfahren. Hæc sententia, Leuteratione die 28. Novembr. a Parente meo interposita, in vim judicati transire non potuit, resque eo fuit perduela, ut die 28. Apr. 1714. postquam adversa pars in positionibus super leuterationis prosecutionem jus ex vicinitate concessisset, plane reformatorium decretum ibidem publicaretur: daß noch zur Zeit mit der gesuchten Gerichtl. Confirmation und Lehns-Neichung des libellirten Gartens nicht zu verfahren, und solte zugleich Kläger, den von Beklagten wegen der beschehenen Ankündigung deferrirten Eid, nach vorhergehenden

den Beklagten Eide vor Gefehrd abſchwehren, quod Dn. Erne-  
 rus die 7. Maji oblata Leuteratione quidem ſuſpēdit, at ob non  
 petitam Citationem de proſequenda Leuteratione in ſchedula  
 ſeparata faciendam, hoc remedium ſuſpenſivum exſpiravit, &  
 urgente Actore ad agendum ſuper Leuterationis deſertione,  
 dies 28. Julii fuit data. Priuſquam hæc partes inter ſe ventila-  
 rent, filia prædicti Dn. E. Johanna E. die 14. Auguſt. 1714. inter-  
 veniens, litigioſum agrum ex jure ſanguinis, cognationis, & pro-  
 ximitatis retrahere intendebat, proferens inter alia, quod hicce a  
 Matertera magna emtus, & ab hac immediate in patrem trans-  
 latus fundus, ob perſonalem quandam in deſunctam ac peculia-  
 rem in rem conſtitutam affectionem ſibi potius ſic addicendus,  
 Dux in hac interventione ab utraque parte ad Acta datæ ſunt  
 poſitiones, priuſquam autem illa denuo ſententiæ ſubmitteren-  
 tur, per amicam compoſitionem lis fuit ſuſpenſa, & filia Domini  
 E. agrum hætenus controverſum obtinuit. Meum interim non  
 fert inſtitutum in recensendis poſitionum harum contentis  
 & ab utraque parte deductis juribus longum eſſe iisque im-  
 morari; non poſſum autem quin unicam aſſertum partiſ  
 intervenientis in prima poſitione ſequentibus verbis: „Eſt  
 „iſt ferner wohl zu attendiren, daß die allegirte Conſtitutio  
 „Electoralis 31. part. 2. in hieſigen Lande nicht recipirt oder  
 „introducirt, prolatum, ſub incudem revocem, & demon-  
 „ſtreim, jam dudum hanc conſtitucionem Laubzj obſervatam  
 fuiſſe. Loquuntur hac de re acta, coram Senatu hujus loci  
 in cauſa Martin Langens Kl. und Martin Steinmeßen Beſſ.  
 1622. ventilata, tota vero res eo redibat; Hr. Michael Lange,  
 Paſtor Schœnewaldenſis, inſcio fratre ſuo Martin Langen agri  
 horreique partem, a patre pretio emtam, & poſt hujus obi-  
 tum ad ſe tranſlatam, Martino Steinmeßen vendiderat, quam  
 Martin Lange Kläger tanquam bonum avitum (cum tamen  
 nudum paternum eſſet) ex Retradu conſanguinitatis ſibi  
 vindicare volebat, ideo emtorem in judicium vocans. Se-  
 natus Laubanenſis hac in cauſa primum decernens, pronun-  
 ciabat, actorem, Martin Langen, non ſatis habere fundatam  
 intentionem. Hoc decretum, re ad ſuperiorem Judicem  
 delata, prorſus mutabatur in ſententia ſic ſonante: Wir  
 Fer.



Ferdinand II. von Gottes Gnaden erwehltet Römischer Kayser &c. &c. Marggraff zu Lausitz, bekennen: Als Unsern verordneten Praesident, und Rätben, so über den Appellationen auf unsern Königl. Schloß Prage siben, von Burgmeistern und Rath der Stadt Laubau etliche Sach-Schriefften zwischen Martin Langen, Kl. an einen, und Martin Steinmezen, Bekl. andern Theils, zu versprechen zugeschickt, und darinnen, was recht seyn möchte, zu erkennen gebeithen worden. Haben gedachte Unsere Praesident, und Rätbe nach Ersehung und gnugsamer Erwegung derselben, so bey ihnen verblieben, zu Recht erkannt, daß der Libellirte Kauff, so zwischen Klägers Brudern (Michael Langen Pfarren zu Schönwalde) und Beklagten Steinmezen, um des Väterlichen Stück Ackers und Scheunen Theil gehalten, zu hinterziehn sey, und gemeldter Kläger den Vorkauf und Einstand Recht für Beklagten und andern Frembden nach üblicher Gewohnheit gelassen werden solle. Die Expensen und Gerichts-Unkosten sind aus beweglichen Ursachen gegen einander compensirt und aufgehoben, von Rechts wegen. Mit Uhrkund dieses Briefes besiegelt mit Unsern hierzu verordneten Gerichts-Insiigel, der geben ist auf unsern Königlichem Schloß Prag den 21. Tag des Monats Julii nach Christi unsers Lieben Herrn Geburth 1623. Unsers Reichs des Römischen in 4ten, des Ungarischen in 5ten, und des Böhmischen in 6ten Jahre.

Casparus Magnus Lib. Baro à Minckwiz.

Martin Graff von Eybach.

Hæc sententia Laubæ die 30. Octobr 1623. publicata, à Steinmezio luterabatur, dum variis exemplis demonstrare posset, constitutionem hanc El. 31. Part. 2. in Retractu Confangvinitatis omni tempore normæ loco fuisse. Lusatia interea ab Electore Saxonix occupata erat, & à Serenissimo nostro ordinibus provinciæ hujus inter alia quoque injunctum, ut Acta judicialia ad Saxonix dicasteria transmitterent; hinc etiam deprehendimus hac in causa definitivam sententiam in Scabinatu Lipsiensi 1624 pronunciatam, & Laubæ d. 8. Jul. eod, anno publicatam, fuisse, hujus tenoris: Unsern  
Freundl.

Freundl. Dienst zuvor 20. Ehrenveste 20. Auf Peuterungs-  
Schriffte, und ferneres rechtlich Einbringen, in Sachen Mar-  
tin Steinmegens, Bekl. an einen, und Martin Langens, Klägers  
an andern Theil belangende, so ihr uns zusamt den vorigen A-  
cten und Luren darbey gethanen ausführlichen Bericht  
zugeschickt, und euch des Rechts zu belehren gebeten habt, spre-  
chen Wir Churfürstl. Sächs. Schöppen zu Leipzig vor Recht,  
daraus nunmehr allenthalben so viel zu befinden, daß es bey de-  
nen zwischen Bekl. Martin Steinmegen und Michael Langen  
am 21. Octobr. Anno 1621. geschlossenen Kaufse billig verbleibet,  
derowegen wird Beklagter von Klägers Zusprüchen gestalten Sa-  
chen nach entbunden und losgezehlet. B. R. W.

§. XL.

Conclusio.

Hæc fuerunt, quæ in præsentiarum de jure quodam ex  
consuetudine vel statuto competente leviter & rudi Minerva  
deducere conatus sum, plura me in disputatione hac magni  
etiam momenti, intacta reliquisse, lubens libensque fateor.  
Sed veniam merebitur ille, qui Academicarum consuetudini  
morem gesturus, mediocrem Disputationem conscribere se-  
cum constituit; in qua si aliquid humani passus sum, quod  
factum non diffiteor, in mitiorem partem quisquis interpre-  
taturus erit. Quod reliquum est, Lector Honoratissime,  
Tux me Gratia commendo, & cum pro laude nil nisi veni-  
am petam, hanc certè a Te mihi non denegatum iri, spero.  
Deum interim ter Optimum maximum pro sua Assistentia  
gratias refundo maximas immortalesque; Cui omnia mea  
Studia supplici animi religione ulterius  
committo.



Erfurt, Diss., 1723

X 2386946







9600  
DISSERTATIO JURIS CUJUSDAM CONSUETU- 11.  
DINARII IN SAXONIA. ~~1770~~ 270. 6

DE  
**RETRACTV**  
EX  
VICINITATE, 1723, 5

QVIOQVE  
CIRCA HUNC  
**LAVBÆ FVERIT ACTVM,**  
QVAM  
**INDVLTV MAGNIFICI JCTORVM**  
**ORDINIS**  
**PRO LICENTIA**

**SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES ET PRIVI.**  
**LEGIA CAPESSENDI,**  
DIE. IX. JUNII M DCC XXIII.

H. L. C.  
PUBLICÆ DISQUISITIONI EXPONIT

**Johann Gottlieb Müller/**  
*Lauba-Lufatus.*

ERFORDIÆ, Typis GROSCHIANIS, Acad. Typogr.